

HISTOIRE DE DAVID



SEPT EMSALMI PENITENTIALES.

Antienne Ne remiscaris.
Psalm. 6.

*Domine ne in furore tuo arguas me:
neque in ira tua corripas me.
Miserere mei, Dñe, quoniam infirmus sum.
Sana me Dñe quoniam conturbata sunt ossa.
Et anima mea turbata est valde sed tu
Domine, vsquequo.*

*Conuertere, Dñc, et eripe animam meam:
saluum me fac propter misericordiã tuam.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui:
in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per
singulas noctes lectum meum: lacrimi-
bus meis stratum meum rigabo.*

*Turbatus est a furore oculus meus, in-
ueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini iniqui-
tates, quoniã exaudiuit Dñs vocem fletus mei.
Exaudiuit Dominus deprecationem meam.
Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur vehemẽter
omnes inimici mei: conuertantur et erubescant
valde velociter. Gloria Patri &c.*

Psalm. 31.

*Beati quorum remissæ sunt iniquitates et
quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir, cui non imputauit Dominus pec-
catum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea:
dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me
manus tua: conuersus sum in lacrima mea
dum configitur spina.*



David



David



Saul



David